



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1626

Plaga Frigida. Ex Curtio. Descriptio CX.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68724](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68724)

dulces hauriant latices, priusquam ex alto tellurem conspiciant. Terra partim in planitiem expansa, partim in colles elementer assurgens, foelix praepinguis glebis, & riguo solo, semperque vernante: crederet semina multiplici reddi faenore, ac sacchari praesertim est ferax, quod coeleste est donum.

T A P R O B A N A.

Ex Maffeo, lib. 3.

Descriptio CIX.

HAec ovali maxime figura ducentarum circiter, & quadraginta leucarum ambitu, leucas in longitudinem septuaginta octo pater, in latitudinem quatuor, & quadraginta, atque Cori promontorio, ut supra diximus, auulsa frero vadoso Piscariae, quam appellant, ora protenditur: ea clementia caeli, soli ubertate, & copia fluminum, aquarumque pereantium, ut primorum parentum sedes olim perhibeatur fuisse: varia pecorum armata, nec non elephantos gignit egregie bellicosos, ac doctes: caeteris metallis caeter. ferrum incola effodiunt: plurimas fert gemmas, verum praecipua claritate sapphirus, chrysolitos, pseudopalos, ac pyropos, itemque aromata preiosa, cinnama, cardomomum, piper, ac palmas eximia bonitatis.

Ad haec, vel in primis iueundo spectaculo, syluosi montes, ad effigiem theatralem inflexi, vastam planitiem oblongo circuitu in cauea formam includunt: quorum vnus in arduam, & surrectam altitudinem pene septem leucarum exurgit.

P L A G A F R I G I D A.

Ex Curtio.

Descriptio CX.

PAtropamifadae appellantur, agreste hominum genus, & inter barbaros maxime inconditum: eorum asperitas, hominum quoque in genti durauerat. Gelidissimum septentrionis axem ex magna parte spectant: Bactri-

anis ad occidentem coniuncti sunt. Meridiana regio ad mare Indicum vergit: Tuguria latere primo struunt, & quia sterilis est terra materiae, vdo etiam montis dorso vsque ad summum adificium fastigium eodem laterculo vruunt. Caeterum structura latior ab imo paulatim incremento operis in arctius cogitur: ad vltimum in carinae maximae modum coit. Ibi foramine relicto supernè lumen accipiunt: ad medium vites, & arbores, si quae in tanto terrae rigore durare potuerunt, obruunt: penitus hyeme defossae latent, cum niue discussa aperiri humus coepit, caelo, solique redduntur. Caeterum adeo altae niues premunt terram gelu, & perpetuo rigore constricta, vne auium quidem, feræ vllius vestigiū extet, obscura caeli verius ymbra, quam lux nocti similis premit terram, vix ut quae propè sunt conspici possint, in hac tamen omnis humani cultus solitudine destitutus excidit, quicquid malorum tolerari potest, pertulit, inopiani, frigus, lassitudinem, desperationem, multos exanimauit rigor insolitus niuis, & multorum adussit pedes, plurimorum oculos. praecipue perniciosus fuit fatigatis, quippe in ipso gelu deficientia corpora sternebant, quae cum moueri desissent, vis frigoris ita adstringebat, ut rursus ad surgendum conmitti non possent.

P L A G A T O R R I D A.

Ex eodem Curtio.

Descriptio CXI.

AQarum (ut ante dictum est) penuria, priusquam desiderio, desperatione bibendissimum accendit: per quadraginta stadia, ne modicus quidem humor existit: arenas vapor aestiui solis accendit, quae vbi flagrare ceperunt, hand secus, quam continenti incendio cuncta torrentur. Caligo deinde immodico terra feruore incitata lucem retigit: campumque non Asia, quam vasti, & profundi aequoris species est, nocturnum iter tolerabile videbatur, quia rore, & matutino frigore corpora leuabantur. Caeterum, cum ipse aestus oritur, siccatur, omnemque naturalem absorbet humorem siccitas, ora, visceraque penitus vruntur.

Cccc 3 HOR.